Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



esdre

sisemnem sub resulum syrie et phenice et sattrabuzanni et sodales eius et qui ordinati erant in syria et fenice et presbiteres ut abstinerent se ab eodem loco et eso quoq; precepi in totum edificare et prosperari et ad prosperi ut adiuuarent eos qui sunt excaptiuitate in dexum donec consummaretur templi edis domini et in exacione tributorum syrie celesyrie et phenice diligenter qui iustitiam dari huic hominibus ad sacrificium domini zorobabel presbitero ad thesaurum et aruetes et asinos similiter agni et frumentum et sal et vinum et oleum iuxta mandatum ipsis sacerdotes qui sunt in iherusalem dixerant consumi cotidie sine ulla dilacione ut offerantur oblaciones deo suimo pro rege et filiis eius et orent pro ipsorum uita. Et denuncietur ut quicumq; transgressi fuerint aliquid ex his que scripta sunt aut spreuerit arripiatur lignum de eius domus et suspendatur et bona ipsorum regi asscribantur. Propter hoc dominus cuius nomen in hoc templo est ibi exterminet omnem regem et gentem qui manum suam extenderit pro afflicere male tractare domum domini illam que est in iherusalem. Ego darius decreui qui diligentissime sedem iuxta fieri

Tunc surrexerunt XVIII
sub resulibus ceresyrie et fenice et sattrabuzannus et sodales eius obstiterunt his que ad templum dei ierusalem erant ministrabant sacro sanctis operibus diligentissime ministrantes cooperantes cum senioribus iudeorum principibus syrie et prosperati sunt sacra opera phanti bus aggeo et zacharia prophetis. Et consummauerunt ea per preceptum deum dei israel et ex consilio cyri et darii archaxersis regis persarum. Et consummata est domus ista usque ad tertiam et uicesimam diem mensis adar. vi. anno darii regis. Et fecerunt filii israel et sacerdotes et leuite et ceteri qui erant excaptiuitate qui apposita sunt secundum ea que scripta sunt in libro moysi. et obtulerunt in dedicacionem templi domini taurros centum aruetes ccc. agnos ccc. et edos pro peccatis omnis israel secundum numerum tribuum israel. Et statuerunt sacerdotes et leuite ad ministerium suum in iherusalem sicut scriptum est in libro moysi. et hostiarii per singulas portas. Et fecerunt filii israel qui erant excaptiuitate in die phase xiiii. luna mensis primi quando sanctificati sunt. Et immolauerunt phase omnis filii excaptiuitatis et fratribus suis sacerdotibus. Et manducauerunt filii israel qui erant excaptiuitate omnes qui remanserant ab omnibus execrationibus gentium terre sequentes dominum et celebrauerunt diem festum azimorum vii. diebus epulantes in conspectu domini quia conuertit consilium regis assiriorum in eis confortare manus eorum ad opera domini dei israel. Et post hec regnante archaxersi persarum rege ascendit esdras filius azarie filii elchie filii solome filii saddiuch filii achitob filii amen filii azarei filii boccie filii abisai filii finees filii eleazari filii aaron primi sacerdotis. Hesdras ascendit de babilonia cum esset scriba et in seniorius in lege moysi que data est a domino deo israel dicere et facere et dedit ei rex gratiam eo quod inuenisset gratiam in omni disciplina et desiderio in conspectu eius. Et